



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Ratio ediscendi. Capvt XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

*Iuris ciuilis* num est in vslu, tribus præcipue paribus cōflare; Institutionibus, Pandectis, & Codicis constitutionibus, qui nunc præcisè Codex nominatur: cui ad extreum quartus carum liber additus fuit, quæ deinceps per omne Iustiniani Imperium scriptæ sunt, quæve tum nouella, tum authenticæ dici soleut.

*Iustinia. libri Triboniani sua* Priora illa omnia, Iustiniano Cæsare mandante, præcipue verò Tribonianus suis, & opera, paulo plus triennij spatio collecta sunt. Hic enim constitutiones imperatoria ex tribus libris, i.e. Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus vocabantur, adhuc conditæ. Adhibitus est ad hoc epus nobilis. Vix abijt annus, cum idem Tribonianus, ille decēui- Græcis hominibus, qui tum videbantur iū- ratus, cuius risprudentiæ laude cæteros anteire, ad somencionem cietatem laboris Iustiniani iussu adscitis, ve- ju. l. 4. c. 10 terum Iurisconsultorum scripta vni. eis in Tribonianus Principis palatum deportari, atque inde Pan- et ceterorū dectas confici curauit.

*In iuriſpru- dientia illu-* Exeunte triennio, cum res tota penè per-

*Pandecta. o-* uenisset ad calcem, Iustinianus nouo manda-

*Institutio-* to, institutiones iuriis colligi, & scribi voluit

*Digestorū* ex iuriis disciplinæ clementis, quæ antiqui

*libri.* Iurisconsulti tradiderant.

Deinde non ita multa post emissi sunt in lucem quinquaginta Digestorum, seu Pandectarum libri.

*Codex.* Anno vertente, cum iam extarent eiusdem Imperatoris complures de varijs rebus constitutiones, & in his ex, quæ quinquaginta decisiones vulgo nominantur, post superiorum illam codicis editionem promulgatae, idem Tribonianus, socijs quatuorlabori adhibitis, nouissimo Imperatoris iussu, priorem illum, quem diximus, Codicem reconcin- nandum suscepit, cum, ut posteriores consti- tutiones cundem in librum referrentur, tum, ut quæ ex superioribus mutatae, atque abrogatae fuissent, eodem ex libro tollerentur.

Et hæc quidem ad ciuilis corporis anti- qui vniuersalem partitionem, cui tam postea pro varijs saeculis varia accessere, quæ apud Possiduum numerata, licet inuenire.

*Basilij, Cō-* Post Iustiniani imperium multis annis, Basilius, Constantinus, & Leo, legum volu- men ediderunt πρότερον vocatum, quo leges Leonis πρό: compendiose complectebantur, & per epit-

men enarrabant; in quo cum multa essent Xipov Hay. confusa, Constantinus Harmenopulus omis- menopuli li- fa supplere, confusa distinguere, ac totum ber perutilis penè opus dissolutum absoluere conatus est, cundemque titulum suæ epitomæ attribuit, vt πρόπον quoque vocaretur, vel Ιεδεια.

### Ratio ediscendi.

#### CAPVT XXII.

*H*AEC cùm ita sint, & verò ab Iustiniani institutionibus soleant vbiique iurisprudentia fundamenta iaci, profectò cuiusmodi fundamēta modi hæc fuerint, sperandum est eiusmodi per solidum fore, quidquid superstructur, videlicet ex iacienda in solidissimis, solidissimum. At soliditatem studiis iuris hanc parient tria: Verborum & sententiarum intelligentia: Tradendī casatio pro iumentis caprū, vitæque nostræ breuissimo spatio: pieratis demum, sine qua veritas cœtur, & summum ius summa fit iniustitia, suis quibusque locis accommodatio.

Ad verborum, & sententiarum intelligentiā Verborū intelligentiam cum Latinæ, tum Græcæ linguae telligentia. pertinet yrlissima est, ne dicam prorsus necel- Greca & faria.

Latinæ linguae maiestatem, quoniam Iuri- giae necessitas. sconsulstis veteres yna cum Romanis Imp. mordicus retinuerunt, nisi iuris interpretes, studiosique calluerint, atque ad ead adamauerint, sepiissime errabunt, impingent, somniant, bunt, quæ nunquam somniarunt, qui leges nobis tradiderunt.

Magistratus prisci (inquit Val. Max.) quantoperé suam, populique Romani maiestatem retinentes, se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cætera obtinendæ grauitatis indicia, illud quoque magna perseverantia custodiebant, ne Græcis vnguam, nisi Latinæ, responsa darent, quin etiam ipsi lingue volubilitate, quæ plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant, non in vrbe tantum nostra, sed etiam in Græcia, & Asia, quo scilicet Latinæ vocis honor per omnes gentes venerabilior diffundetur: nec illis decrant studia doctrinæ, sed nulla non in re pallium togæ subiici debere arbitrabantur, indignum esse existimantes, illecebros, & suavitate literarum, Imperij pondus, & au-

& auctoritatem domari. Hac ille.

Sermone Græco (as Suetonius de Tiberio) Quamquam alias promptus, & facilis, non tamen vsquequaue vñus est: abstinuitque maxime in Senatu, adeo quidem, ut monopoliū nominaturus, veniam postularit, quod sibi verbo peregrino viendum esset, atque in quadam decreto Patrum, cum *μελάχθων* recitareretur, commutandum censuit, & pro peregrino, nostratem requirendum, aut si non reperiretur, vel pluribus, vel per ambitum verborum, rem enuntiandam: Mitem quoque Græcē testimoniū interrogatum, nisi latine, respondere vetuit.

Eadem sc̄e de ipso testatur Dio. At de Claudio scribitur, quod splendidum virum, Græciāque prouinciae principem, verū latini sermonis ignatum, non modo ex alio iudicū erat, sed etiam in peregrinitatem regedit.

Cum autem Labeo, Vlpianus, Paulus, Seçula, & reliqui, toti pene in eo sit, vt legum, edictorum, testamentorum, stipulacionum verba interpretentur, atque ab ijs decerpita sit propemodum omnia, quæ leguntur in institutionib⁹, quid assequuntur; quibus Latina lingua fuerit barbaræ, cum ipsi potius, quoniam Latina lingua barbari fuerint, barbariem loco veritatis, ac plerumque iniuriam pro iure sint propagaturi.

Labeo, inquit Gellius, iuris qui dem ciui-  
lis honoris consulentibus dc iure publicē responsauit,  
*en commen-*  
*tatio.*

Labeo, inquit Gellius, iuris qui dem ciui-  
lis disciplinam principali studio exercuit, &  
iuris honoris consulentibus dc iure publicē responsauit,  
ceterarumque bonarum artium non expes-  
fuit, & in Grammaticam fese, Dialecticam,  
litterasque antiquiores penetrauerat, Latinarumque vocum origines, rationesque per-  
caluerat: Eaque præcipue scientia, ad enodā-  
dos plerosque iuris laqueos, vtebatur. *Hac*  
*Gellius*

Pandectarū Légum vero fontes, Pandectas, ante paucos  
interpretes è annos, quoniam in hac re (vt mox dicitur)  
quibus ver. Politianus, Halander Budæus, Alciatus, Za-  
borū & rerū suis (qui legi non debet nisi expurgatus) Vi-  
nrelligētia glius, Pyrrhus, Antonius Augustinus, qui  
compendia postea fuit Episcopus Tarragonensis, & re-  
liqui non sudauerant, habebamus corruptissimos;  
vitæque magna pars commiscendis  
nanijs consumebatur, Latinae linguae infici-  
tia.

Accedit Lexicon quidem, siue dictionarium  
iuris ciuilis extat a varijs vel collectum  
vel auctum, quod magno vñu solet esse, non

solum tyronibus, verum etiam ætate, ac studio prouectis: Sed quoniam ab hæretieis sa-  
pē fœdatum est, aut illatis hæreticorum Mi-  
nistrorum auctoritatibus, vt Melachthonis,  
& istiusmodi aliarum pestium, aut latenti  
hæresum inspersione in dedicatorijs episto-  
lis, siue additis ad extremum, opusculis: Id-  
circō omnino curandum est, vt qua huic  
modi sunt, prorsus ablegentur.

Vt autem Romana lingua alias ornauit,  
illustriavit, perfecit; sic vice sim ipsa a Græca  
ornata, illustrata, perfecta est. Itaque si in  
reliquis disciplinis (quod alibi ostentum est)  
necessitas eius apparuit, multò magis in Ro-  
manis legibus, iureque ciuili constabit.

Ad explicandas sanè dictiones illas, quæ  
magnam habent emphasis; ad idiotismum  
phrasium, quæ ab ea usurpatæ sunt, ad menda  
corrugandi, quæ Typographorum, vel Am-  
anuensium incuria passim irrepserunt: ad in-  
telligendos locos, qui planius ab interpreti-  
bus verti poterant; ad declinando errores, ex  
Latini sermonis amphibologia, & denique ad  
eas voces percipiendas, quæ in editionibus  
Latinis, atque in ipso foro remanerant, ne-  
mo paulò perspicacior non intelliget sum-  
mam Græcæ linguae utilitatem, ac necessi-  
tatem. Plena sunt Iustiniani Constitutiones,  
Theophili, & Constantini, aliorumque Græ-  
corum libri, latinis illis vocibus. *Dominum,*  
*legatarium,* *Mandatarius,* *Donatarius.* Et hu-  
ijsmodi artis vocabulis: quin etiam illis  
*κούραστης,* *κούραστην,* *λέξουστοι,* *πά-  
τρων,* *λίγατος,* & huijsmodi sexcentis, que  
ideo molesta erant Herennio Modestino, du-  
Græce Latina (vt ille inquit) iura docebat. Sic  
Latini Consulti. *τηθεα,* *hierographe,* *Em-  
phyteus,* *stonia,* *Heremodictio,* *Orphanotrophe,*  
*Xeno,* *archigerente,* *Diocteti,* *Epistalmate,* *Tibili-  
bus,* *antharidibus,* atque alijs plerisque no-  
minibus Græcis vntur. Et notatur propterea vel Politianus, vel Holoander, quod Gig-  
carum Pandectarum notas vel ille non dilig-  
tissim, vel hic re vera nunquam viderit,  
licet eas se proferre pollicetur. Tacco mul-  
ta in digestis Græco dicendi genere scripta:  
quod cum Græca natio venit in Romanam  
potestatem, lingue siue copiam, & artem  
secum in urbem intulit. Id quod & Priscianus olim,  
& Gulielmus Budæus in nostris  
quoque legibus meminit.

Constat autem Trebonianum ea, quæ à  
Iure

Tureconsultis Græcè inuenit, scripta, eadem lingua describi curasse, & hodieque in Pandectis Florentinis exrare Græca responsa. Authentica quoque ipsa Græcè fuisse scripta, quæ vix paucos ante annos intelligi poterant lingua Græcæ ignorantie. Duodecim vero legum tabulas maxima ex parte è Græcia delatas, quemadmodum & philosophiam, omnēsque ingenias artes, quæ Iurisconsulto maximè concurrunt, Græcè fuisse traditas. Græca idē cum latini semper coniungere, Tullius filio erat auctor. Norunt omnes Marcum Catonem Censorium, eundem Oratorem, eundem historiæ conditorem, eundem iuris, eundem rerum rusticatum peritissimum, inter tot operas militia, tantas domi contentiones, rudi seculo litteras Græcas, senem etiam, atque iam declivi didicisse. Hinc sit ut interpres Græci, eti Romanae antiquitatis ignoratione labi potuerunt, & adeō lapsi sunt, magno tamen præsidio sicut ijs, qui in hac disciplina cupiunt excellere. Sane Græca lingua familiaris fuit Modestino, Papiniano, & Scæuola, alijisque omnibus, & quorum libris digesta conscripta sunt, ac quæ nunc omnium manibus teruntur, cum addiscuntur breuiore temporis spatio, tum eundem interpretationis manus operè iuuamus ad ea, quæ amissimus, & restringamus.

Atqui Theophilo, præter non ita multos in eadem antiquitate lapsus, qui Iustiniani institutiones vertit in Græcam linguam, aullo alio ad eos libros intelligendos esse aptiorum, scripsit Antonius Augustinus, ac reliqui postea comprobarunt.

Quid vero ad rerum interpretationem attinet inter plurimos interpres qui institutiones Iustiniani explanauerunt, perendam maximè existimat Possevius istorum studiorum rationem ex Sylvestro Aldobrandino, & Vigilio Zuicheno, quibus si quis addere voluerit loachimum Myntingerum, & Fraciscum Hotomannum, meminerit, ne manum, admoueat ijs, qui Ecclesiae permissu non sunt editi, neque emaculari. Sed de his, & ceteris auctòribus qui

voleat illum consulat.



De forma Civilis Eloquen-  
tiae.

CAPUT XXII.

Nunc ad formam, & characterem dicendi in hoc forensi genere à prudentibus viris traditum yeno, de qua re cum in eo libro, quem de stylo conscripsi, nō pauca dixerim, tota haec tractatio brevior futura est, & civilis eloquentiæ limitibus circumscripta.

Atque ut ea tantum attingam genera, quæ Eloquentia nunc spectabilissima sunt apud omnes, duas possumus inveni, de qua re cum in eo libro, & vita ciuii regnat, sc̄tas esse video: Alij enim orationes instar commentariorum scribunt ex magna linguarum atque telesmoniorum sylva congestas, vi amplam specient doctrinæ præferant; Alij vero dicendi genus longe dispar consequuntur accuratum, subtile, climatum, suave, optimis sensibus affluens, magno verborum delectu illuminatum, & venusta periodorum cœcinitate vndeque circumsonsum, quod & si minus habet docta ostentationis, minus tamen habet inepiarum.

Quærunt igitur adolescentes cui potissimum Doctorum stylò insistere debeant? nec desunt utrumque oratio mārations, quæ in diversa suspensos animos abgnant. Nam quod ad primum dicendi generis attinet, magnam concitat doctrinæ opinionem, quæ una res hominum auribus suauissime blanditur, magnam habet admirationem, cum in unam orationem videamus omnium fermè saeculorum lumina confluxisse.

Loquuntur unius hominis ore tot veteres, & sua quisque vernacula loquitur, resonant vndeque variis idiomata, Græca, Latina, Hebraica, interdum Chaldaica, & Arabica, quibus Italica, & Hispanica non raro admiscantur. Non est iam fabula tricorpor Geryon, quem ternis loquutum linguis mythologi confinxerunt, Audimus uno hominis ore tot peregrinas voces, ut eius monstri varietatem miremur esse superatam.

Afferuntur præcerea authores tam diuersi, tam ignoti, tam abditi, qui postliminio in lucem saeculorum redeunt, tam lectæ pronuntiantur sententiae, tam exquisita rerum obser-